



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloqventia  
Sacra Et Hvmana**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1626**

De pijs grauibus. Capvt XIV.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68724)

libris volutatos adumbrata leuius eloquentia & adfertitij ornamenti iuuenilius luxuriare Illi verecundas nacti sunt gratias, & dicunt quidem suauiter, sed cum dignitate copulant suauitatem: hi sunt in ipsa affectatione sine franco verecundia impudentes. Illi dispensant elegantias, & colores, hi sine vilo delectu passim offundunt: Illud dicunt argumentis prudentibus, & splendidis: hi puerilibus, & friuolis. Illi tractum habent orationis cum vi iudicij diffusum, hi per abrupta quocumque ingenij calor tulerit rapiuntur. Illi seruant orationis decoram castimoniam: hi troporum vsu pruriunt insolentius. Illi figuras temperant: hi obliuiscunt. Ad suum illorum oratio videtur honesta matrona cum mundo sibi debito: horum meretricias olet pyxides, & vestem refert, quæ parum deceat pudicam.

racula quæ legerint, & audierint, in vnum fasciculum non sine fructu colligunt: aspergunt etiam aliquando narrationes ex peregrino instrumento, quæ non adeo accurate cum Chronologia consentiunt, vt Augustum Cæsarem cum Sibylla, de Christo colloquuntur, & templum Pacis ea nocte qua Christus natus est cecidisse, & Romulum de suo imperio consulentem responsum accepisse duraturum donec virgo pareret.

Hæc dico non parui quidem faciens hominum pietatem, quam omni scientiæ opulencia longe coarctat esse maiorem, verum cum in tam sagacem, & fastidiosam etate incidimus, pijs etiam concionatoribus magna prouisione opus est, vt videant quid, aut quomodo dicant, ne si quid perperam, licet sincero animo attulerint, in contemptum ministerij cedat.

De pijs, & simplicibus oratoribus.

CAPVT XIV.

De pijs grauibus.

CAPVT XIV.

Concionatores pijs & simplices.

Sunt & quidem pijs, homines anime vt plurimum mitissimæ, & candidissimæ, qui cum se totos religioni, viteque alicuius studijs addixerint, similem quoque animo afferunt orationem. Sunt autem ferme boni, creduli, & ad lachrymas faciles: non habent tam lautum, & copiosum litterarum instrumentum, quas & multi nescire maluerunt, vel si habent, non ostentant. Quærent enim non alta, docta, aut curiosa, sed humilia, pia, simplicia. Non multum curant quid textus ferat Chaldaicus, aut Missale Mozarabicum, an Symmachi versio cum Aquila consentiat, & an קקאיון kakaion apud Ionam cucurbitam, aut hederam significet. Verum tori versantur in religiosis meditationibus de præsepi, infantia, vita, morte Christi, & de venerandis quidem eius cruciatibus tractant sapientius, tum de nouissimis, morte, iudicio, purgatorio, inferis, & beatitudine cœlesti verba lubenter faciunt. Mox hominum peccata, & flagitia deplorant, ad poenitentiam reuocant, & sui similes cunctos ferè desiderant. Dicunt autem ea non quæ ex varia librorum lectione conquieserunt, sed quæ secum ipsi sunt meditati, & si simpliciores quidem fuerint, loquuntur stylo humili, tenui, inornato, & plerumq; dissoluto, valde delectantur exemplis, & omnia mi-

Aliud est genus piorum concionatorum, Concionatores pijs & graues. Illud quidem habent cum primis commune, quod curiosa oderint, torique sint in pijs argumentis: verum quia multum habent cum pietate ingenij, ac doctrinæ, & si id minime videri velint, dicunt ardore quidem magno religionis, sed sententijs viuidis, motu graui, castè, prudenter, circumspectè, & si quidem ad graues secundi generis proximè accedunt. Est sane hæc pietas optimum omnium instrumentum, nam cum erudito, eloquentia, industria, & cætera humana præsidia tanquam leues stoluli decidunt, nisi de cœlo irigentur, sola pietas perpetuum obtinet cum Deo commercium, vnde & diuturnior est, & longe quam cætera fructuosior.

De doctis.

CAPVT XV.

Non est mihi mens doctos illos concionatores carere, qui suauè quoddam doctrinæ temperamentum, cum pietate, prudentia, grauitate coniungunt, viros omni honore

Concionatoris pijs & grauis Docti character.